



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion, Sive Manuale Confessariorum Et Poenitentium

Azpilcueta, Martín de

Antverpiæ, 1625

De contritione, prima parte sacramenti poenitentiae. cap. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41661

ENCHIRIDION,
SIVE MANUALE
CONFESSARIORVM

ET
POENITENTIVM:

COMPLECTENS RESOLVTIONEM
omniam penè dubiorum, qua in sacris Confessionibus
occurrere solent circa peccata, absolutiones, restitutio-
nes, censuras, & irregularitates.

DE CONTRITIONE, PRIMA PARTE
Sacramenti Pœnitentiæ.

CAPVT PRIMVM.

S Y M M A R I V M.

- 1 Contritio quid, & vt non est essentialiter dolor, num. 2.
- 2 Pœnitudo peccati est nolle illud admisisse.
- 3 Debet esse voluntarij, non coacta.
- 4 Amor Dei debet esse firmissimus, & vt non intensissimus.
- 5 Amor Dei super omnia, & obedientialis est virtualis contritio.
- 6 Contritio quem, de quo, & quantum dolorem requirat, & num. 7. & 8.
- 7 Contritio non necessaria de futuris, sed propositum ea cauendi.
- 9 Pœnitens non tenetur credere se mortaliter non peccaturum.
- 10 Peccatum licet contritum, est tamen confitendum.
- 11 Contritus virtute vt tenetur conteri actu.
- 12 Propositum virtuale vitandi futura quando sat pœnitenti.
- 13 Et quod satis est oranti, sacrificanti, & bona in Deum referenti.
- 14 Contritionem esse dolorem, & detestationem vt intelligitur.
- 15 Contritio in finem vitæ delata quoad quæ dubia.
- 16 Contritus non est qui non odit peccatum plus quam alia mala, num. 17.
- 18 Contritus vt est, qui conatur esse contritus, & non est.
- 19 Pœnitens volens peccare data certa occasione, non absoluendus.
- 20 Dolor pœnitenti vt non debet esse nimius, & num. 21.
- 22 Contritio quæ singularis requiritur de singulis peccatis, & num. 23.
- 24 Contritio singularis non necessaria de venialibus.

D 4

A N.

NCHI.

a Quos in c. perfecta, de penit. dist. 2. citamus. Contritio quid sit.



Ntiquorum & recentiorum a secuti sententiam definimus, quod Contritio est pœnitudo voluntaria, cum dolore maximo actuali, vel virtuali, peccati propriam commissi, quatenus est offensa Dei super omnia dilecti, cum spe veniæ, & proposito non peccandi amplius, saltem mortaliter, & confitendi, & satisfaciendi, vt minimum virtuali.

b Vt supra prælud. 19. num. 2. & 3. diximus.

c In 1. Tom. Opusculor. Opul. 4. qu. 1. d In 4. lib. sent. dist. 19. q. 1. e In eod. 4. lib. sent. dist. 4. in fin. Vbi supra.

2 Dixi, Pœnitudo, tum pro genere, quia omnis contritio est pœnitudo, sumpto verbo pœnitudo pro actu pœnitendi; b non tamen contra, omnis pœnitudo est cōtritio: tum quia licet alij asserant cōtritionem esse dolorem, alij pudorē, alij aliud: ipsa tamē quoad suam essentiā proprie est pœnitentia, seu pœnitudo, & actus pœnitendi, seu nolendi peccasse, vt clarius alij exprimit Cardinalis ille doctiss. Caiet. e quod antea sēserat Paludanus, d & subtilis doctor, quem ipsi tacent; e qui admodū subtiliter ait, quod hæc quatuor inter se distinguuntur. Pœnitentia virtus, quæ est habitus inclinans nos ad volendum vltionē nostri peccati. Voluntas pœnitendi seu velle punire, quod ex ea oritur. Pœnitudo peccati, seu non velle peccasse, quæ est pars punitiois. Et susceptio ac toleratio punitiois, quæ est satisfactio, vel pars eius Quorum discrimen ex eo constat, quod singula illorum sine tribus reperiuntur: quæ tuis tertium sub quarto quadam tenus continentur: quæ breuitatis gratia, quia parum praxi sunt vtilia, non explicamus: quod tamen ipse Scotus facit vbi supra. Tertium autem scilicet, nolle peccasse, est essentialiter, vt ita dixerim, cōtritio.

f Secundum Scorum in 4. lib. sent. dist. 17. art. 3. g prælud. 6. nu. 2. sequentibus. post 5. Tho. 1. 2. q. 6. art. 1. h Vt tradit S. Thom. 4. lib. sent. dist. 14. q. 1. ar. 3. q. 4. a Secundum Scorum in 4. lib. sent. dist. 14. ar. 3. quod etiam adrianus in 4. de pen. q. 1. col. 4. affirmat. b In prædicta dist. 14. ar. 4. c in l. 14. a. 5. & c. 18. de iustifi. d In ead. ad ea ff. de leg. h. e cap. quam sit de elect. l. 6. f Cap. 5n. de pen. dist. 7.

3 Dixi, Voluntaria: tum quia pœnitentia violenta, qualis est damnatorum, f non sufficit, neque illa, quæ repente, ac naturaliter sine vlla deliberatione provenit, quia non est voluntaria, per ea, quæ supra 2 posuimus.

Dixi, Cum dolore, ad differentiam pœnitentiæ dolore carentis, qualis est illa beatorum, qui sine vlllo dolore meminerunt peccatorum olim admissorum, & nollēt illa admisisse: b qualis item reperitur in eo viatore, qui nollēt peccasse, sine actuali consideratione, quod ipse id perpetravit, sine qua non nascitur dolor. a Nō curo hic tractare illam opinionē subtilem doctoris subtilis, b quæ latè sequitur Andreas à Vega: c videlicet, quod pœnitentia ornata ijs, quæ in proposita nostra definitione continentur, sufficit ad delenda peccata, etiamsi absque dolore contingat, vt hic dicitur contingere posse: quia id de rarissimè contingentibus est, de quibus lex parum curat. d

4 Dixi, Maximo, non quidem ideo, quod dolor ille debeat esse summè intensus: rarus enim, aut nullus dolor est, qui non possit magis intendi, vt omnes sentiunt, & experientia (quæ rerum est magistra e) docet. Neq; ideo quod omnes alios dolores superare debeat: non enim opus est vt dānatorū dolorē excedat, qui omnes huius sæculi dolores faciliè vincit: f Neq; quod equari debeat illi acerbissimo, quem saluator noster Iesus Christus pro nobis miseris

miseris patiore. g Imo mali: sed de malit perpeccasse. h bere, non quatem, hō cuiuscunq; tamen est n filios dilig 5 Dixi, pœnitentia communit Dei vult su memoria. g igitur, videt munem, l vir Ioan. M existimet d continet vo cipit. Veru Sotus soli sententia c quo quis n quod fieri patiendo il Possēt ite runt, alit. Tertio, qu rium debet contritione dina. Quan therana dif defectus re in causa, q nec actual sufficere re sacro Con 6 Interrog nis doctor acopum Le pe, cōtriti non vlti rionis dese ita cum pe poneret de hunc mod

miseris patiens sustinuit; qui fuit maior omni alio huius sæculi dolore. *g* Imo nec debet esse intensior quolibet alio dolore cuiusvis mali: sed debet esse maximus quoad æstimationem, id est, quod malit perpeti, perpeffumque fuisse omnia mala, quam mortifere peccasse. *h* Sicut etiam dicimus, amorem Dei maximum esse debere, non quidẽ necessariò quoad intensiorem, sed quoad firmitatem, hoc est, quod dilectio eius præferenda est omni dilectioni cuiuscunque creaturæ, nec propter vllam aliam deferenda: non tamen est necessum, vt intensior sit ea, qua parentes nostros, vel filios diligimus, vt diximus, sequenti S. Thom. *i*

5 Dixi, *Actuali, vel virtuali*: quia sufficit actus, qui licet non sit pœnitentia talis formaliter, est tamẽ virtualiter secundũ Scotum communiter receptum: *k* Qualis est actus peccatoris, qui amore Dei vult subire martyrium sibi oblatum repete, sine peccatorum memoria. Imo quilibet amor Dei, quo plus, quã omnia alia diligitur, videtur virtualis peccatorum pœnitentia, secundum communem, *l* quam sequitur ille doctissimus, & perspicacis ingenij vir Ioan. Medina. *m* Et merito, cum ille hoc intelligendum esse existimet de amore, quem obediẽtialem vocavit, qui virtualiter continet voluntatem efficacem adimplendi quicquid Deus præcipit. Veruntamen eruditissimus iuxta ac pius frater Dominicus Sotus soli martyrio hoc tribuendum esse existimavit. *n* Sed prior sententia cõfirmatur primo, eo quod in hoc plus operatur amor, quo quis martyrium patitur, quam pœna eius subita. *o* Secundo, quod fieri potest, vt quis plus amet, desideretue martyrium, non patiẽdo illud, quam alius patiẽdo, præsertim momentaneè. Possent item contingere, vt ex duobus, qui sese martyrio obrulerunt, alter, qui plus diligit, & desiderat, nõ patiatur, alter vero sic. Tertio, quod eiusmodi amor extenditur ad recipiendum martyrium debitum, imò & ad volendam, concipiendamque formale contritionem tempore & loco debito, sicuti recte *a* probat Medina. Quamobrem apertè constat quantum hæc sententia à Lutherana dissideat; est enim limitanda procedere tantum, quando defectus temporis, aut inculcata inconsideratio peccatorum fuit in causa, quò minus formaliter pœniteret, cum tamẽ Lutherus nec actuale, nec virtuale propositum huiusmodi requirat, dicens sufficere resipiscentiam, & nouam vitam, quod damnatum est à sacro Conc. Trid. *b*

6 Interrogatus autem, An id, quod fertur dixisse quidam insignis doctor Academiae Complutensis, assumptus postea in Episcopum Legionensem meritissimum, videtur tenendum, nempe, cõtritionem suapte natura requirere formale propositum de non vltius peccando, sed per accidens, temporis vel cõsiderationis defectu, sufficere virtuale? respondi affirmatiue: modo ita cum peccatorum pœniteat, quod si adueteret ad futura, proponeret de nunquam iterando ea, nec admittendo futura. Et ad hunc modum intelligenda videntur ea, quæ de sufficiẽtia propositi

Secundum
S. Th. 3. part.
q. 46. ar. 6. ad
4. & q. 48. ar.
2. in cor. q.
h. Secundum
eudem S. Th.
in 4. li. sent.
dist. 15. q. 2.
art. 3.
quæst. in cula
1. & quolibet
1. q. 5. art. 9.
i. 1. 2. q. 109.
art. 3. in ad.
dir. c. quãdo,
de consecr.
dist. 8. nu. 10.
k. In 4. lib.
sent. dist. 14.
qu. 1. art. 10.

Cui assentit
Gobri. in
præcitato 4.
1. sent. dist.
14. q. 1. cõcl.
12. & 13. & 14.
3. dist. 17. q. 1.
m. In cod. de
pœnit. q. 2.
n. Lib. 1. c. 12.
de nat. & grat.
o. regum. 1. ad
Corint. 6. 13.

a Vbi supra.

b Sess. 14. c. 24.
& canon. 5.



2 Lib. 13. ca.
31. de iusti-
fic.
d De Verbo.
Contritio. q. 1
e In 4. lib.
sem. dict. 17.
q. 1. Con. 5.

positi virtualis erudite ac magnifice nuper scripsit prædictum Andreas à Vega. e Et hinc confirmari videtur illud Sylvestri: d Qui mauult mori, quam peccare, contritus est. Et illud Paludani. e Cui displicet, quod huiusmodi formalem contritionem sibi comparare non potest, contritus est: de quo mox plura.

7 Dixi, proprii iam commisi, ad differentiam de pœnitente de peccato alieno, & ad significandum, quod non est opus, vt sit de peccato futuro: licet, vt itatim subiiciam, intentio, seu propositum non peccandi amplius, vtrumque debeat complecti. Præteritum quidem ad hoc, quod non reperat illud denuo: Futurum verò ad hoc, vt illud non admittat.

Dixi, Quatenus est offensa Dei, quia ob id principaliter debet pœnitere: nam quem alio respectu (puta metu pœnæ, infamiæ, aut alio simili) principaliter pœnitet, vt proditorem Iudam, & Antiochum pœnituit, non concipit eam, de qua loquimur, pœnitentiam & contritionem. f Plus enim pœnitere ac dolere oportet de peccato, eo quod sit offensa Dei, quam quod incommodet sibi. g

8 Adde, quod ex ijs, quæ a diximus, & b dicemus, infertur nõ esse veram illam opinionem, quam nõper vidimus defendi in selectis quibusdam comitijs: videlicet, sufficere ad condonationem peccati per sacramentum pœnitentiæ attritionem, qua pœnitens dolet de peccato, etiamsi sciat, eam non esse contritionem, nec doleat propter Deum, vel quia eum offendit, sed propter infamiam, vel alia mala temporalia. Oportet enim in primis, vt pœniteat ob amorem Dei, vel eò quod est eius offensa saltem virtualiter, & quod videatur ei sufficere illa pœnitentia: aut saltem quod non videatur ei non sufficere ad petendum absolutionem.

c Quamquam pœnitere minus principaliter de peccato ob prædictos respectus nõ obuiat cõtritioni, modo principaliter in fiat, eo quod est Dei offensa: sicut & amare Deum minus principaliter ob eius in nos collata, vel conferenda beneficia, non obuiat merito diligendi eum, principaliter ob semetipsum, iuxta illud. d Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem, id est, propter repositam mercedem, quæa promisisti his, qui tibi placuerunt. Quinimo minimè malum est pœnitere solum metu pœnæ, infamiæ, vel alterius mali, modo voluntatem peccandi excludat, vt luculenter declarat Conc. Trid. e Cuius illa verba. Si voluntatem peccandi excludat, perinde significant, ac illa: Modo non ea mente pœniteat, & eis respectibus, quod si illi non intercederent, non pœniteret, imò peccare pergeret.

Dixi, super omnia dilecti: quoniam amor Dei, nisi maior sit, quam quiuis alius cuiuscunq, rei (saltem quoad firmitatem) non sufficit: imò est peccatum, si magis aliud, quam Deus, vel æque ac ille diligitur. f Quod intelligendum est de amore, quo diligitur Deus comparatiuè maius quam aliud, vel æque ac ille; non autem de amore, quo simpliciter diligitur Deus sine comparatione ad illud minus, licet amor ille verè nõ sit amor super omnia, vt facile colligat quædam illa saltem

f Cap. Iudas.
a. sceleratior,
de pœn. dist.
3. & tradit 5.
Thom. in 3.
part. qu. 85.
art. 1. & 2. in
in 2. li. sent.
dist. 24. & 16.
& Adrian. de
pœnit. q. 3.
col. 4.
g Vi aperuit
Angelicus
doctor in di-
sto 4. li. sent.
dist. 17. qu. 3.
ar. 3. q. 1. ad 4.
a In hoc n. 7.
b Inf. au. 3.
c 2. cap.
fortissime,
15. q. 1. & eo-
rum quæ su-
pra allata
sunt.
d Psal. 118.

e Sess. 4. c. 4.
parag. illa
vero.

f Vt post An-
gelicum do-
ctorem, 1. 2.
q. 109. art. 3.
immodum in
additione ca.
quando de
inf. dist. 1.
dicebamus.

colligat quædam illa saltem
9 Dixi,
quia sine ea
dat ad pecc
eam comit
gula pecc
cium non
necessariu
tiferè: qu
humilitate
nat id effi
10 Dixi,
peccata, q
tendi ea pr
sti. b Quor
retenta sunt
tendi ea E
tuitur in D
offensam,
vt vnum ar
in gratiam
Dixi, Salte
nunquam
11 Dixi,
adieci, Vt
tentia virt
eam comit
tisfaciend
riat tale p
idem sen
bus fiat i
quantur,
temporis
fuit in cau
12 Nequ
rium, scilic
& non pe
ras, quæ f
le, quand
confidera
quòd etiã
Conc. Tr
ro in gen
le, quòd
13 Tum
requiritu

colligat quis ex dicto Conc. Trid. g Dixi, *Cum spe venia: quia sine illa saltem virtuali non contingit venia. h*

9 Dixi, *Cum proposito non peccandi amplius (saltem mortaliter) quia sine eo non sufficit. i* Licet enim poenitudo non se extendat ad peccata nondum perpetrata, non tamen fiet contritio, nisi eam comitetur propositum vitandi in posterum omnia, & singula peccata mortifera, tam praeterita, & praesentia quoad effectum non committendi ea denuo, quam futura. k Non tamen est necessarium, ut credat poenitens se amplius non peccaturum mortaliter: quinimo id quandam superbiam saperet, ut oppositum humilitatem, a quia satis est, ut nolit amplius peccare, & proponat id efficere ope diuina.

10 Dixi, *Cum proposito confitendi: quia licet contritio dimittat peccata, quoad culpam, non tamen tollit obligationem confitendi ea proprio sacerdoti, iuxta illud Salvatoris N. Iesu Christi. b* Quorum remisistis peccata, remittantur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt: hoc est, non sunt remissa quoad obligationem confitendi ea Ecclesiae. c Neque cum ratione pugnat, eum, qui restituitur in Dei gratiam per contritionem, teneri ad confitendum offensam, cum & is, cui crimen in foro laico ea lege condonatur, ut vnum annum in bellum militet, a die quidem condonationis in gratiam Regis redit: teneretur tamen militare illum annum. Dixi, *Saltem mortaliter: quia non est necessum habere propositum nunquam peccandi venialiter. d*

11 Dixi, *Et satisfaciendi, propter ea quae inferius e dicentur. Et adieci, Vt minimum virtuali: eo quod sicut actus, qui est poenitentia virtualis, sufficit, ita eadem ratione sufficere videtur, quod eam comitetur id quod est propositum virtuale confitendi, satisfaciendi, & amplius non peccandi. f* Et licet Caecilianus g sentiat tale propositum debere esse expressum, in summa tamen h idem sentit, & merito: cum nihil referat, quid ex equipollentibus fiat i & tacitum & expressum, siue virtuale & formale exquantur, k quod tamen intelligo procedere, quando defectus temporis, vel quaedam inculpabilis inconsideratio poenitentis fuit in causa, quo minus haberet formale propositum.

12 Neque obstat, quod quidam dicitur tenuisse mordicus contrarium, scilicet semper requiri propositum formale mundae vitae, & non peccandi de cetero: Tum per rationes hic a nobis insinuaras, quae si satis explicentur, probant sufficere propositum virtuale, quando (ut limitauimus) defectus temporis, vel inculpabilis inconsideratio poenitentis est causa non habendi formale. Tum, quod etiam contritio virtualis sufficit, quod est plus. l Tum quod Conc. Trid. m requirit quidem propositum non peccandi de cetero in genere, & non in specie formale, & ita satisfieri per virtuale, quod est vna species propositi generaliter concepti. n

13 Tum, quod etiam ad horas canonicas recte pronuntiandas requiritur propositum intendendi & attetendi, at sufficit virtuale.

g Praecitato
ca. 4. ff. 1. 4.
h Cap. scelerator de poenit. di. 3.
i Ut sentit.
Ambros. in e.
poenitentia 1
de poen. dif. 3
& Conc. Flor.
coactum sub
Eugenio I V.
per. 11.
k Teste Adriano
de poenit.
q. 1. col. 3. post
Palud. in 4. l.
sen. di. 17. q.
1. col. 5.
l Quod testatur
Iuno. receptus in c.
omnes, de
poenit. & remiss.
m Ioan. 20.
c Vi innuit
Adrianus in
4. de cofes. q.
1. & tract. 5.
Thom. in 4. l.
sen. di. 17. qu.
2. art. 1. quaest.
stuncula 1. in
col. 4. innuit
Coc. Tri. sess.
14. cap. 1.
n Arg. c. ep.
septies, de
c. poen. di. 3.

f Quod Ier.
Major. in 4. l.
sen. di. 10.
g Afirmat.
g Lib. Opus.
cu. n. 4. qu. 1.
h Verba confessionis
condi. 12. & verbo
conf. interio.
i In si. ff. mad.
& c. ticec ex
quodam de
trist.
k Item, quid
ff. de reb. trid.

l Ut supra, n.
5. diximus.
m Sess. 24. c. 4.
n Ut nuper
scripsimus in
gl. sum. nu. 6.
& c. ecce n.
1. de poen. di.
1.

lc.

o Ut proba-
rimus in En-
chirid. de o-
rat. & horis
cano. cap. 13.
num. 17.

le. Tum quod ad conficienda sacramenta, præsertim Euchari-
stia, maximum propositum, & maxima intentio & attentio con-
ficiendi ea requiruntur, at sufficiunt propositum, intentio & at-
tentio virtualia. Ita quod licet qui confirmat, vngit, absoluit, &
consecrat, nullum propositum actuale siue formale, neque ullam
intentionem neque attentionem, actualem siue formalem ha-
beat quando id facit, conficit verum sacramentum, modo ea vir-
tualiter habeat, secundum omnes. Tum denique quod, vt opera
sint bona, debent in aliquem bonum finem referri: attamen suf-
ficit, vt virtualiter referantur. Quin & vt sint meritoria oportet
ea referri in Deum: at sufficit relatio virtualis, etiam illa quæ sit
tacite per gratiam habitualem. a

COROLLARIA.

d Ut post S.
Thom 2. lib.
sen. d. 4. q. 1.
art. 4. & 5. &
alios alibi
dicitur in c.
charitas 2. de
peni. dist. 2.
num. 22.
b Sess. 14.
ca. 4.
c Hoc eodem
cap. prim. 2.
e Secundum
Securum in 4.
lib. sent. dist.
29. & 26.

14 **E**X hac definitione sic explicata multa inferuntur. *Primò*,
quod communis modus loquendi, probatus à Concil.
Florentino, & Trid. b per quem *contritio* definitur *esse animi dolor*,
ac *detestatio de peccato commisso*, intelligendus est causatiue, hoc est
quod est causa doloris & detestationis: cum per supradicta c con-
fiter, non esse dolorem essentialiter, sed causam, ex qua, & alijs ad
id necessarijs nascitur dolor, si aliunde non impediatur. e

d Cap. à no-
bis de sent.
excommun.
e Ut exprimit
Hofien cõ-
muniter re-
prus in dicto
cap. à nobis.

15 *Secundò* inferitur, quod plurimum decipiuntur quidam, pu-
tantes quemlibet dolorem, & quamlibet pectoris tusionem, &
quamlibet prolationem, Misere mei, esse contritionem, & suffi-
cere ad lethaliu peccatorum condonationem impetrandam:
cum ad id sit necessaria talis poenitentia, qualem superius depin-
ximus, nobili ac generoso animo digna. *Neque obstat* quod quili-
bet peccator quamlibet magnus præsumitur mori contritus, si
qua contritionis signa ostenderit, dputa si petierit confessionem,
si iurauerit parere mandatis Ecclesiæ: si, cum loqui non possit,
subleuat oculos aut palmas in cœlum, aut tundit pectus, e Non,
inquam, hoc obstat, quoniam id solum procedit quoad effectum,
vt Ecclesia præsumat eum habere poenitentiam, prædictis qual-
itatibus ornatam ad effectum non denegandi ei ecclesiasticam se-
pulturam, non autem ad effectum alstruendi, quod per id impe-
tret à Deo veniam peccatorum mortiferorum: nisi veram concipi-
at poenitentiam, quam concepisse præsumitur.

f In lib. 50.
hom. homil.
47. & in lib.
de poenit. ca.
17. s. habetur
In cap. si quis
positus, & in
cap. si quis
autem & cap.
sua. de poeni.
dist. 2.

Tertio inferitur, quod merito B. Augustinus dubitabat f de salu-
te illorum, quos non ante, sed post ægritudinem poenitebat pec-
casse. Nam, vt eius dictum ibi declarantes diximus, a ger pressus
ægritudine, metu mortis, & alijs curis, vix erigit animum ad des-
criptam contritionem concipiendam: & ita ibi Augustinus du-
bitabat de vera salute, non autem de præsumpta ad conceden-
dam absolutionem, & ecclesiasticam sepulturam, quod om-
nes debemus animaduertere, & concionatores frequenter præ-
dicare.

16 *Quarto* inferitur, quod, vt poenitudo peccati perueniat ad
gradum contritionis necessarium, oportet poenitentem plus
odisse

odisse pe-
num, sim-
lum vitat
Thomas
17 *Quin-*
tute non
quam n
Quonian
charitate
amat: &
vitam qu
sibi Deus
la pati, q
dem S. T
ad confer
illud mor
Imò id ef
qui inter
mortem
perderet
niam nim
mouent
si generat
tur, quan
omnia m
malum sp
videatur
habere.
18 Si ve
tum pote
dum per
summum
Quod si
tionis gra
quod ver
breuiter h
attritus, v
tionis sec
uenturan
possit absol
doctus, &
sinuat: E
non est il
uerim, ef
diferucian
arborem
vera poen

odisse peccatum, quàm quoduis aliud malum pœnæ odio dignum, simul & velle vitare idem plus, quàm quodlibet aliud malum vitatu dignum, vt sentit S. Thomas, a & rectè declarauit Thomas à Vio. b

17 Quinò inferitur, non esse contritum eum, qui actu, aut virtute non est eo animo, vt malit generatim pati quamlibet pœnâ, quam mortifere peccare, aut peccasse, quidquid Innoc. c senserit. Quoniam vt S. Thomas sentit, d omnis, qui est contritus, habet charitatem; & omnis, qui charitatem habet, Deum plusquam se amat: & omnis, qui Deum ita amat, mauult perdere se, & suam vitam quàm Deum: & cum per peccatum mortiferum perdatur sibi Deus, cõsequens est, vt malit (saltem generatim) omnia mala pati, quam sic peccare. Dixi autem, generatim: quia nemo, vt idem S. Thomas ait, e & ante illum Innocentius cõsuevit, f tenetur ad conferendum speciatim, reputâdo secum, quòd malit illud & illud mortis genus & pœnarum pati, quàm peccare, peccassèue. Imò id esset imprudenti: sicut & imprudens foret confessarius, qui interrogaret pœnitentem, mallètne potius filios suos, vel se mortem obijisse, quam peccasse: aut sitne paratus potius mori, perderèue filios, quam mortiferum peccatum admittere? Quoniam nimia est huiusmodi tentatio: & g sicut delectabilia plus mouent animum ad delectandum, si speciatim recogitentur, quàm si generatim: ita terribilia multò plus terrent, si speciatim cogitentur, quam si generatim; & fieri potest, vt qui generaliter malit omnia mala pati, quàm mortifere peccare, nolit hoc, aut illud malum speciatim consideratum, quocirca satis est confessario, vt videatur ei pœnitens sufficientem peccatorum pœnitudinem habere.

18 Si verò intellexerit, eum minimè eam habere, laboret quantum poterit addere ei animum ad eam habendam, & ad malendum perdere in genere alia omnia sua bona, quam Deum, qui est summum bonum eius, & omnium, sine quo nihil est bonum, Quòd si fortè non possit eius animum ad tam excelsum contritionis gradum attollere, contendat eum eleuare saltem ad hoc, quod verè ipsum pœniteat, quod talem non habeat, per ea, quæ breuiter h tanguntur, & hoc sufficit, vt sit contritus, vel saltem ita attritus, vt possit absolui. a Quæ conclusio non parum consolationis secum adfert, & est communis apud S. Thom. & S. Bonauenturam, & omnes Theologos. Diximus, Saltem ita attritus, vt possit absolui, quo tollamus scrupulum, quem vir quidam valde doctus, & pius sanctissimæ Societatis I E S V nobis cõtra hoc insinuat: Eo quod pœnitere, ac dolere quod aliquid non habeam, non est illud habere, sicut nec dolere eo quod non communicauerim, est communicare, neque perinde valet: b Neque animo discrucari eo quod non sim cõfessus, est confiteri: sicut nec velle arborem conscendere, est ipsam conscendere. c Dicimus itaque re vera pœnitere quem, eo quod non habeat cõtritionem, non esse illam

a Quolibet 18
art. 9. & omnes in lib. 4.
sent. di. 17. q. 2. art. 4. q. 1. ad 4. & in di. 14. & 17.
b Tom. 1. Opusc. 4. q. 7. & Opusc. 19. q. vide.
c In cap. omnibus, de pœnit. & remis.
d Dico quod li. 1. art. 9.
e In dicto quolibet 18 art. 9.
f In pœnitentia, omnis de pœnit. & remis.

g Ut peritè ait idem Angelicus doctor di. 2. art. 9.

h Infra cap. 10. nam 4. a Juxta Paludanum in li. 4. sent. dist. 17. q. 1. art. 5. b Ut probamus in ca. vii quid parat. de cõf. di. 1. a post Ios. Tarrectem. contra gloss. ibidem. c Ut ait gloss. in l. vendentis, C. de contrah. empta.

uchari-
io con-
o & ar-
oluit, &
e vllam
dem ha-
ea virt-
rt opera
nen suf-
oportet
quæ fit

Primò,
Concil.
ni dolor,
hoc est
a con-
alijs ad

am, pu-
nem, &
& suffi-
andam:
depin-
d quili-
tus, si
ionem,
possit,
e Non,
cctum,
s qua-
licã se-
impe-
conci-

de salu-
at pec-
preffus
ad des-
us du-
ceden-
d om-
er prę-

niat ad
m plus
odisse

illam habere, saltem formaliter, neque pœnitere me, quod non valeo pœnitere quantum mihi expedit ad contritionem habendam, sufficit ad ipsam habendam, nisi aliàs iam ipsam habeã: sufficere tamen ad credendum, me habere iustam attritionem quo possim à confessario absolui, & à Deo veniam obrinere, media sacramentali absolutione. Quin & dici posset, esto, talis dolor non sit contritio formalis: desiderium tamen habendi eam, adiuncto iusto dolore, quo dolet se non posse peruenire ad contritionis perfectionem (saltem virtualiter) esse ipsam contritionem in voluntate partis intellectiua sitam, fomento Dei auxiliij bona desideria fouentis, etiamsi pars sensitua recalcitret. Vtilis, & desiderata breuitas, quã liber exoptulat, negat locum alijs replicationibus & triplicationibus, potius subtilibus quam fructuosis: quod autem hucusque dictum est, nobis videtur sufficere ad scopum, quem proposuimus.

*a In sum-
da
pœnitent.
di.*

19 Porro bonum signũ est, quod pœnitens sua spõte affirmet, se malle mortuum esse, aut quid aliud simile pati, quam peccasse, iuxta sententiã doctissimi Card. Io. à Turrecremata, *d* qui secutus S. Bonauenturam tenet, peccatorem qui secum statuit, potius peccare mortaliter, quàm mori, non esse absoluendum: ille verò, qui nihil circa hoc secum deliberauit, etiamsi dubitet quid faceret, dum se in tali articulo constitutum adspiceret, non esse denegandam absolutionem: dummodo habeat propositũ non peccandi, & noller offendere Deum, etiamsi talis illi occurreret occasio. Quocirca valdè deplorandi sunt, qui ad confessionem, & cõmunionem accedunt cum proposito vindicandi se auctoritate sua propria de illis, qui eos alapis, aut plagis caderent, aut fustibus percuterent, vel proditores, latrones, meretrices, Iudæos, Saracenos, hæreticos, vel alios huiusmodi nominibus compellarent, aliãve simili iniuria afficerent. Eodem item modo deplorandi sunt illi, qui ad prædicta sacramenta accedunt, antequam exuant suam deprauatam voluntatem vtẽdi hac, vel illa illicita voluptate, si ea, vel illa occasio eam percipiendi cum aliqua muliere, vel viro eis occurreret. Illi etiam, qui antequam ab animo depeilant propositũ perpetrandi quidquid Rex, pater, Dominus, amicus aut socius ipsis præciperet, aut rogaret, etiamsi lethale crimẽ illud esset, præfata sacramenta sumunt. Horum profectò misereri debemus, ipsosque cum lachrymis compassionis rogare, vt attendant se in quodam diabolico statu, quæ damnatio æterna est, delitescere, qui tali confessione, & cõmunionem magis exerescit. *a*

*a Arg. exp. si
propterea &
exp. si cui de
pœnitent. l. i.
b Vt S. Tho.
in 4. lib. sen.
dist. 17. qu. 2.
art. 1. qu. 1. &
art. 2. qu. 1. & 2.
sit.
c Secundum
omnium u. e.
dem.
d In dist. 4.
sent. dist.
17. qu. 1. art. 5.
approbatuma
pœnitentia.*

20 Sextò infertur, dolorem sensus, singultus, planctus, lachrymas, & id genus alia non esse ad contritionem necessaria: quoniam sufficit dolor voluntatis rationalis ex pœnitentia manans, tum per supra dicta: tum quia, *b* hic dolor nõ est in manu nostra, licet vtile sit illum habere & desiderare, flereque largius eo quod peccauerit, quàm quod alia damna ei acciderint. *c* Cui consequens est illud Paludani, *d* scilicet pœnitentem debere hoc desiderare,

nq̃

non esse in
tũ & utilita
tens maior
rius cognat
quod passio
tis rationali
tis, ob alia
peccati, &
malum ge
tasse. *f* Qu
possit: dol
quamuis in
catum ad
fendere, ve
21 Septim
& alia cor
accubare, &
cedere, vt
pœnitentem
statum fac
omnia dile
22 Octau
peccatis m
rium tamen
Sixti erud
do adeo si
mortifera,
enim est n
ta, de vno
eius pœnit
eiusmodi p
tifera: siue
peccata co
pore, vel te
pœnitent D
posito, sal
necessum f
super omni
quiduis ali
23 De ho
iugemuerit
tis singulq̃
quo quis a
æternam
contra præ
thalia com
grotaret, a

non esse intelligendum de debito obligationis, sed decentiæ tantū & utilitatis. Parique ratione non inconueniens fuerit, vt pœnitens maiore dolore sensus afficiatur ob mortem patris, aut alterius cognati, vel plagam propriam, quam ob peccatū admissum: quod passim contingit. Imo neque oportet, vt is dolor voluntatis rationalis sit intensior alio quouis dolore rationalis voluntatis, ob alia multa cōcepto. *e* Sufficit enim, vt pluris faciat malum peccati, & ob id perdere, vel perdidisse Deū, quam quouis aliud malum generatim ad finem euitandi illud, dolendique non euitasse. *f* Quinimo satis est, vt velit, coneturque ita dolere, etsi non possit: doleatque ex animo se non posse id facere: *g* & subinde quamuis intensius persentiat, & desit mortem patris, quā peccatum admissum: satis facit tamen, si modo malit Deum non offendere, vel offendisse, quam patrem suum viuere.

21 *Septimo* inferitur, quod dolor sensibilis ex pœnitentia nascens, & alia corpus affligētia, qualia sunt ieiunare, cilicia vestire, humi accubare, & alia similes austeritates non debent adeo modū excedere, vt humani corporis habitudinem corrumpant, efficiantque pœnitentem inhabilem ad faciendum ea, quæ secundum suum statum facere tenetur. Dolor enim ille nititur amore Dei super omnia dilecti, qui huiusmodi nimietatem reijcit. *h*

22 *Octauo*, quod licet aliqui sentire videri possint, *a* de singulis peccatis mortalibus singulas pœnitentias esse habendas: cōtrarium tamen est tenendum cum Ioanne Maiore, *b* & Cardinale S. Sixti eruditissimo, *c* scilicet sufficere, quod peccatorum pœnitentia adeo sit extensa, vt saltem virtualiter pœnitentia ad vniuersa mortifera, tam ea quæ meminit, quam quæ non meminit. Non enim est necesse, vt pœnitens recogitans, confitentisue sua peccata, de vno quoque peccato mortifero specialem & singularem eius pœnitentiam concipiat: sed satis est, vt concipiat generalem eiusmodi pœnitentiam, quæ virtute se extendat ad omnia mortifera: siue id faciat ab initio, cum incipit reuocare in memoriam peccata confitenda, siue inter reuocandum, siue quouis alio tempore, vel temporis momento, qualis est pœnitentia, qua hominem pœnitentem Deum tam mortifere offendisse quouis modo, cum proposito, saltem virtuali, confitendi, & satisfaciendi quando, & vt necessum fuerit, & nunquā amplius sic offendendi, eo quod eum super omnia diligit, capitalemque eiusdem offensam plus, quam quiduis aliud odio dignum odit. *d*

23 De hoc intelligitur illud. *e* *In quacunque hora conuersus fuerit, & iugemuerit peccator, &c.* Nam vt alia omitam, si de singulis peccatis singulæ pœnitentias concipiendæ essent, cōtingeret casus, in quo quis adhuc viuens priuaretur potentia consequendi salutem æternam, contra expressa canonum sacrorum testimonia, *f* & contra prædictum Ezechielis locum. Nam qui mille peccata lethalia commisisset, & solam quartam horæ partem victurus ægrotaret, aut ad suspendium duceretur, non posset viuens concipere

e Per dicitur
supr. hoc ex
nu. 4.
f Iuxta Ma-
ior. in 4. li.
ten. dist. 14.
qu. 2.
g Per dicitur
supr. nu. 12. &
n. 19.

h Cap. nō me-
diocriter de
consecr. dist.
5. & tradit S.
Tho in 4. li.
sent. dist. 17.
q. 2. art. 3. &
Opusc. 1. ar. 9.
a Videlicet
Raym. in sū-
ma, & Ang.
ver. contriti.
parag. 4. Lu-
dolph. 1. part.
vi x Christi
ca. 20.
b In 4. li. sen-
dist. 17. qu. 1.
c Tomo. 1.
Opusculor.
Opusc. 4. q.
& super 3.
par. 5. Tho.
q. 8. art. 1.

d Vt supra
hoc eodem c.
nu. 16. tradi-
dimus.
e Ezech. c. 33.
Relatum in
ca. ponderet.
50. dist.
f In cap. 2. de
pœnit. dist. 7.
& d. cap. pon-
deret. 50. dig-
ctia.

cipere de illis mille peccatis mille pœnitudines ad id necessarias, quo saluaretur. Nolumus tamen dicere, quod sicut eiusmodi pœnitentia generalis sufficit ad remissionem omnium peccatorum obtinendam, ita etiam sufficiat ad eximendum pœnitentem ab obligatione reuocandi in memoriam, & detestandi tempore debito omnia genera & species illorum, quæ peccauit, enumerando illa numero certo, vel verisimili confessario.

Dixi, *Genera & species*: quia non tenetur singulorum criminum cuiuscunque speciei in particulari reminisci, neque etiam in indiuiduo singula detestari: id quod etiam sentit Medina. g

24 *Nemo*, non esse necessariam pœnitentiam supra definitam ad condonationem venialium consequendam: neque consequenter oportet, vt pœnitudo vnus venialis ad aliud extēdatur, tum quia sufficit ad remissionem venialis quicunque dolor, siue actualis, siue virtualis: quamuis non sit tam magnus, quā exigitur ad delenda peccata mortalia, iuxta S. Thomam receptum; h tum quia vnum veniale potest remitti sine alio: i Quia illa venialia tātummodo remittuntur, ad quæ dolor ille, siue actualis siue virtualis extenditur, iuxta eundem S. Thomam. a Caterum qui dubitat, an peccatum sit mortale, vel veniale, debet ita illius pœnitere, ac si esset mortale, vel saltem cum conditione, si, & quatenus esset mortale, secundum illud Augustini: b

Tene certum, & relinque incertum.

24 *Contritio* delet omne peccatum etiam ante confessionem.

25 *Quæ semper fuit necessaria, sed non statim post peccatum, n. 27.*

26 *Pœnitudo quæ sufficiat ad condonanda peccata.*

27 *Contritio quando, & in quibus necessario habenda. & num. 28.*

29 *Contritio vt habetur sine memoria peccati nondum remissi, & numer. 30.*

31 *Pœnitudo maior de maiori peccato bona, sed non necessaria.*

32 *Contritio carens debitis circumstantijs non est contritio.*

33 *Attritio duplex, & quæ non sufficit ad absoluendum consistentem, & 34. & 35.*

36 *Pœnitentia minor sufficit baptizando, quam absoluendo.*

37 *Attritio quæ cognoscitur non esse contritio non sufficit baptizando.*

38 *Attritus vt sit contritus, & non attritio contritio.*

39 *Contritio perficitur gratia, & ad eam mouent sex.*

40 *Contritionis effectus qui sint.*

41 *Contritio quod non sit pars pœnitentiæ, & attritio sit mala, heresis.*

42 *Attritio quæ sufficit, & quæ non ad absoluendum, & nu. 43.*

43 *Sacramentum pœnitentiæ per se tendit in peccatum, Eucharistiæ per accidens.*

44 *Attritio quæ sufficit ad Eucharistiæ non valenti confiteri, & quæ ad absoluendum valenti confiteri.*

24 **D**Ecimo inferitur, verum esse id quod fere omnes asserunt, nempe frequenter per solam contritionem, etiam ante confessionem, & pœnitentiæ sacramentum actu susceptum

g Vbi supr.

h In 3. part. q. 27. art. adi. & in 4. lib. sent. dist. 16. q. 2. i Vt idem vbi sup. tradit. a In dictu 5. par. q. 27. ar. 4.

b Cap. si quis autem, de poen. dist. 7.

ceptum con
Paludano &
nos snuper
aliquot anti
dubitare po
huiusmodi
bendam C
quod in ill
fieri per sola
per gratiam
nitudo fit c
est formalis
25 Vndecim
sola pœnite
turali & feri
tiorē ration
erat sacram
sio. Certum
etiam mort
contritionē
Facit, quod
actu suscept
tamen conti
fuit, est & e
cessitas exc
ante mortem
ad recolēdū
in ipsa pecca
corripitur, a
non potuit
confitendi
Dixi pœnite
supradicto:
partibus, &
Thomas, e
nec lege nat
stea dicemus
quod est leg
26 Duodecim
sit inueniri
per quæ pecc
nalis S. Sixt
tudo prædic
quam gratia
nat: & in cas
tia nō ornat
arbitrio sine

ceptum condonari mortifera peccata, iuxta iura e & S. Th. d. a Paludano & alijs receptum, & à Panormitano etiam e quod & nos snuper latius tradidimus: licet Magister Gratianus, g cum aliquot antiquioribus dubitasset, de quo tamē hodie nō licet dubitare post declarationem Conc. Trid. b quod tamen addit, huiusmodi condonationem, & recōciliationem nō esse adscribendam Contritioni sine sacramento, id est, cōfessionis voto, quod in illa includitur, quia talis cōdonatio non est credenda fieri per solam pœnitentiā, & dolorem inde natum: sed potius per gratiam, quam ita pœnitenti donat Deus, quaque illa pœnitudo fit cōtritio, iuxta glossam receptā: a Gratia enim causa est formalis condonationis peccatorum, secundum S. Tho. b 25 Undecimo inferitur, quod sicut nunc in lege gratiæ cōtingit, sola pœnitentia peccata dimitti, sic etiam ante eam in lege naturali & scripta vera pœnitētia remittebātur, id quod euidentiore ratione dicendū est: certū etenim est quod tūc nondum erat sacramētum pœnitētię institutum, nec sacramētalis cōfessio. Certum item, quod etiam tunc erat remissio peccatorum, etiam mortaliū: & ita nisi per pœnitentiā virtutis actum, & contritionē illa cōtingisset, nullatenus alia cōtingere poterat. Facit, quod licet, vt prædictū est, sine sacramento pœnitentia, actu suscepto, cōtingat aliquando remissio peccatorū: nunquā tamen contingit sine pœnitentia. Hęc enim pœnitētia semper fuit, est & erit iure naturæ ad salutem necessaria, c nullaq; necessitas excusat ab ea. Etenim qui post lethale crimē admissū, ante mortem, nō est vere contritus, licet non detur ei spatium ad recolēdū & detestādum peccata suā, ob id potissimū quod in ipsa peccati perpetratiōe moritur, vel subitanea morte corripitur, absque dubio dānabitur: licet ille, qui confiteri ea non potuit, si contritionem habuit, excusetur ab obligatione confitendi, vt post & ante alios exprimit D. Antonia. d

Dixi pœnitentia vera: non autem pœnitentia qualificata, modo supradicto: nam hæc est vna ex tribus sacramenti pœnitentię partibus, & includit in se propositum confitendi, vt inquit D. Thomas, e quod nunquā fuit necessarium ante legem gratiæ, nec lege naturali præcipitur plusquam ipsa confessio, sicut postea dicemus, f neque plusquam sacramētum pœnitentię, quod est legis nouæ tantum, secundum omnes.

26 Duodecimo inferitur, quæstionis non mediocri esse, An possit inueniri pœnitudo, cui tota hæc n. s. tra definitio cōueniat, per quā peccata mortalia nō cōdonētur? Scit' enim, g & Cardinalis S. Sixti, Caietanus, h aiūt posse. Tū quia iuxta eos pœnitudo prædicta diuiditur in eam quæ appellatur *formata*, hoc est quam gratia Dei iustificās, & condonās peccata format & ornat: & in eam, quæ *informis* dicitur, hoc est, quam prædicta gratia nō ornat. Tum quia peccator nō potest sibi suo solo libero arbitrio sine gratia gratum faciente quærere veniā, i & secundam

e Cop. dixi & ca. magna de pœnit. dist. 1. d. 3. part. q. 88 ar. 2. & in 2. li. sent. dist. 17. art. 5. q. 2. e in c. Deus qui, de pœnit. & remiss. i in gl. sum. & in cap. ecce de pœnit. di. 1. gl. c. penult. par. 1. quib. præfate dist. h. sess. 14. c. 4. i in cap. conuertimini de pœnit. dist. 2. b. 1. 2. q. 1. r. 3. art. 8. & in 4. sent. di. 1. art. 4. quæst. 1. & tradidimus latius in ca. conuertimini, nu. 5. & in dia. 1. cap. ecce nu. 4. & 5. de pœnit. dist. 1.

e Sicuti late in gloss. summa de pœnit. dist. 1. & d. 2. probauimus.

d In 1. part. tit. 14. ca. 18. parag. 2. e In 4. li. sent. dist. 17. qu. 2. art. 2. qu. 1. f In cap. sequ. nu. 2. g In 4. li. sent. di. 1. qu. 1. ar. 2. h Tomo 1. Opuscul. Opuscul. 5. q. 1. & q. 4. i Iuxta tria postrema, ca. de consecrat. dist. 4. & cōca. Trid. sess. 6. c. 1. & canone, 3 & glo. tit. cap. migna & ca. conuertimini de pœnit. dist. 1.



dum prædictos potest præfatã pœnitundinem cœcipere viribus suis naturalibus, quibus Deũ super omnia diligere possimus, iuxta Scotum. *k* Tum quia eiusmodi pœnitudo non est vltimã & immediata dispositio ad gratiam: quoniam alioquin scire posset quis, se esse in statu gratiæ sine vlla reuelatione, quippe qui scire posset, se habere eiusmodi pœnitundinem: quod est contra expressa sacre Scripturæ & iuris testimonia. *a*

Cõtrarium tamen nobis videtur verius, quod etiam cœcedit eruditiss. Catharinus: *b* quia eiusmodi pœnitudo nõ potest haberi sine amore Dei super õnia, qui solis virib⁹ naturalibus sine gratia haberi nequit post Adami peccatũ, vt docet D. Tho. declaratus ibidẽ à Caietano: *c* tũ quia licet Scotus, *d* & Gabriel, *e* qui eum sequitur, teneat, posse nos post Adæ peccatũ nostris proprijs viribus diligere Deũ super omnia, addunt tamen neminẽ ad eum gradũ peruenire, qui gratiã Dei non assequatur. Quinimo subiiciunt: non solũ prædictã actualem pœnitundinẽ, sed etiã virtualẽ, quæ ex amore Dei super omnia resultat, sufficere, esseq; vltimã & immediatã dispositionẽ ad gratiã Dei gratum facientem quærendã, ita vt nemo ad eam perueniat, quem misericordissimus Deus sua gratia non donet.

Neque obstat fundamẽtum alterius opinionis, videlicet, quod hanc opinionem sequitur, posse nos scire Deo esse gratos sine reuelatione speciali: quia negamus nos posse scire, quod pœnitundinem omnibus prædictis qualitibus ornatã habeamus: tametsi frequenter iustẽ id credere possimus.

27 Decimotertio infertur, quod licet toto tempore, quo quis se agnoscit lethali peccato mortuum, de bono cõsilio debeat curare, vt à tã graui morbo resurgat, periculũq; mortis subitæ ac æternæ effugiat, iuxta illud, *Ne tardes conuerti ad Dominũ, & ne differas de die in diem*, & iuxta S. Tho. & communem: *f* non tamen ad id tenetur præcepto ad nouum peccatũ mortiferum obligãte, nisi ea temporis parte qua memoriæ occurrit quoad vsum, id est, cupiendum, vel renuendum, cõmittendum, vel ommittendum, secundum cõmunem opinionem. Imo neq; tunc ob ea, per quæ id affirmãuit Adrian⁹, *g* & ob ea quæ nos addimus, *h* quidquid Catharinus *i* dicat de Caietano, qui secũ pugnat in eo, quod facile potuit eum excusare, si voluisset. Et hoc est tenendum, quoniam sicut alia præcepta affirmatiua de baptismo suscipiendo, & confessione faciendã, non obligant sub pœna noui peccati, nisi pro tempore necessitatis: ita per cõsequutionem præceptum affirmatiuum de se conuertendo, non obligat sub pœna noui peccati lethalis, nisi in articulo necessitatis, in illo verò sic. Quamobrem ad prædictã pœnitundinẽ concipiendam tenebimur imminente articulo mortis naturalis, vel violentæ, vel administrãdi, suscipiendiuẽ aliquod sacramentum. *k* Imo etiam instante populi necessitate aliqua grãdi, cui absque orationis seruore prouideri non posset. *a*

k In 2. li. sent. dist. 28. & in 3. dist. 37. q. 1.

a Videlicet Eccl. 9. & c. fin. de purgat. can. & Conc. Trid. sess. 6. c. 9. cõtra inanem hæreticorum fiduciam, & cap. 12.

b Lib. 5. adnotationum in Caiet. adnot. de sacramẽto pœnitent.

c 1. 2. q. 189. ar. 3.

d Vbi supra. *e* In dicto 3. lib. sent. dist.

a 27. q. 1.

f Eccl. 5. In 4. li. sent. dist. 17. & Caiet. Quod. lib. 7.

g In 41. de Confes. q. 3. & Card. S. Sixti Quo. lib. 7.

h In 3. part. gloss. Summa de pœn. dist. 5. n. 10. & seq.

i Vbi supra.

k secundum omnes.

a secundum Adrianum vbi supra.

28 Decimo
silium sit, v
torũ morta
ea nobis m
nos oblige
non iudica
nobis pla
eam) cõpla
tincta fuit,
aliquorum
frequenter
iterum det
sanctẽ trilli
cata, quæ s
non tamen
memoria a
cata carnis
consultius
minisse: nis
tione, vt re
canus, vir v
lutus, in eo
cõposuit, v
per vehem
per eximiã
Quoniam
sui desider
29 Decimo
esse curare
pœniteat, c
deamus: ad
peccauit pe
ferit quatu
uit, singulo
simplices s
ter delique
Nam vt sup
est, eis hab
nis reman
huiusmodi
conuenit, r
ideo consi
ad frequen
libus, & in
pectu conc
habere, ne
sunt, iactu

28 Decimoquarto inferitur, quod licet salutare ac frugiferum consilium sit, ut toties concipiamus poenitentiam omnium peccatorum mortaliu, tam iam alias contritoru, quam alioru, quoties ea nobis memorie occurrerint, non tamen est preceptum quod nos obliget ad eam habendam bis speciatim de eodem, quia Deus non iudicat bis in idipsum; b tamen teneamur, ne unquam illud nobis placeat actu, vel virtute, quonia licet illa noua (ut ita dicam) complacentia non suscitaret illam priorem culpam, quae iam extincta fuit, producit tamen nouam ei similem. c Vnde licet illud aliquorum consilium, ut peccata preterita, etiam bene confessa, frequenter ad memoriam reuocemus, quo melius illa iterum atque iterum detestemur, & veluti quendam myrrhae manipulum, id est, sanctae tristitiae de illis faciamus, vehementer probe, quoad peccata, quae suapte natura tristitiam, metum, aut terrorem incutiunt, non tamen crediderim, eos intellexisse de illis, quorum refrenata memoria ad illicitam delectationem instigat. Cuiusmodi sunt peccata carnis, magni cuiusdam honoris, & lucris temporalis: quinimo consultius existimarem, eorum nunquam amplius in particulari meminisse; nisi quando opus est semel illa confiteri cum debita contritione, ut recte insinuat Frater Ludouicus a Granata Dominicanus, vir vita & doctrina concionator omnibus numeris absolutus, in eo libro admodum sancto & celebri, quem de oratione composuit, vel quando appetitus carnis sunt propere mortificati per vehementem aliquam contemplationem, aut orationem, siue per eximiam quandam abstinentiam, siue per morbos, aut dolores. Quoniam omne delectabile in particulari consideratum, ad sui desiderium allicit iuxta Aristotelem d & S. Thomam. e

29 Decimoquinto inferitur, magnae prudentiae, sanctique consilij esse curare, ut post peccatum admissum, quam citissime nos eius poeniteat, cum per id etiam ante confessionem in Dei gratiam redeamus: adeo quidem ut fieri possit, ut qui centies mortaliter peccauit per totum anni ab ultima confessione spacium, non manserit quatuor horis sine Dei gratia: eo quod statim ac peccauit, singulorum peccatorum legitime poenituerit. Quocirca multi simplices sunt merito instituendi, existimantes eos, qui mortaliter deliquerunt, semper esse in crimine quousque confiteantur. Nam ut supra declarauimus, ad hoc ut a peccatis resiliat, satis est, eis habere excellentem illum dolorem supra definitum, quamuis remanent obligati adhuc ad confessionem. Caeterum, cum huiusmodi homines raro, utpote rudiores, doleant, ut dolere conuenit, nisi quando confessarium adeunt, uti nos diximus, 4 ideo consilium optimum & sanctissimum esset, eos inducere ad frequenter confitendum, & saltem in tribus festis Paschalis, & in festo Assumptionis Deiparae virginis. Eo item respectu conducit, maxime subito post peccatum contritionem habere, ne videlicet bonorum operum, quae ante contritionem sunt, iacturam faciamus; quae quidem perirent, nisi adesset

E 2

contritio.

b Naum. 1. &
ca. at si clerici,
parag. de
adulterijs
vero de iud.
d. c.
c Argu. c. no-
rum 2. q. 1. &
ca. de offi.
delegat. ca. si
cut tribus, de
poen. dist. 1. &
ca. sed pen-
sandi. 6. dist.

d 3. Ethic.
e Quodli. 1.
q. 5. art. 9. &
dicemus in-
fra c. 9. & hoc
in specie sen-
sit idem S.
Th. in Opul. 6

4 In repeti-
parag. in Le-
uitic. de pecc.
di. 1. no tab.
18. nu. 5.

contritio. Nam opera quantumcunque moraliter bona, si sunt extra charitatem in statu peccati mortiferi, absque dubio perent, & mortua reputantur, quantum attinet ad gratiam & gloriam promerendam, licet quoad alia profint, iuxta glossam in quibus tribus locis alias late id tradidimus. d Tradit etiam post alios Ioan Maior, e vt inferius explicatur. f

b 1. ad Cor. 13
& c nihil de
conf. di. 5
e Cap. quod
quidam de
penit. x rem.
d Et in 1. pet.
c. quando, de
contec di.
e in mul. 3
loc. 5. um in
additione.
f In 4. sen.
dist. 15. q. 1.
f Cap. 27.
nu. 267.
g In 3. part.
tit. 14. c. 18.
in princ.
h Contra ca.
1. de pen. di.
7. & c. ponde
ret. 50. dist.
i In 3. h. sen.
di. 27. q. 5.
k Quo iam
sub nu. 5. di.
sum est.
l Arg. c. tem
pora, 26. q. 2.
secundum 5.
Tuo in 4. lib.
sent. dist. 7.
q. 1. art. 1. & 2.
m Arg. 1. 1. 1.
de penit. 1.
3.
n In prece
to 4. lib. sen.
dist. 14. q. 1.
& dist. 17. q. 1.
o In dic. 2. di.
stin. 16. q. 2.
ar. 3.

30 *Decimosexto* inferitur, quod (quidquid dicat B. Antoninus g) tenendum est, quod peccator, licet neque speciatim, neq; particularim meminisset alicuius peccati mortalis nondum condonati, posset tamen de illo contritionem habere, concipiendo poenitentiam modo supradicto qualificatam. Aliter enim sequeretur, eum, qui alicuius peccati mortalis nondum remissi recordari non posset, esse extra statum salutis, h & quamvis responderi possit in tali casu, amorem, quo, diligitur Deus super omnia sufficere, vt Gabriel insinuauit, i replicari tamen posset, k eiuimodiamorem esse contritionem virtuales.

31 *Decimoseptimo* inferitur, quod licet de grauiori peccato grauior requiratur poenitentia siue poenitudo, hoc tamen est intelligendum de consilio & honestate, non autem de necessitate, m quoniam definitio supra tradita nihil tale requirit. Et quia secundum mentem communem doctorum, quam explicat Ioan. Maior, n poenitudo circumstantiis debitis circumstantijs, & supradictis, quantumcunque sit remissa, & breuissimo tempore, etiam in instanti concepta, satis est ad crimina diluenda, quantum ad culpam, & ad commutandum poenam aeternam inferni in temporalem purgatorij, contra sententiam Scoti, o qua hodie communiter non probatur.

32 *Dixi, Debitis circumstantijs*, quoniam si ego alienum retineo, & potens restituere non restituo, vel habeo odium mortale, quod ab animo non expello: vel non relinquo sodalitia, & occasiones valde propinquas peccandi mortaliter: vel non peruenio ad concipiendum propositum actuale, quo mallem potius mori quam mortiferè peccare, non habeo veram talem poenitentiam, neque proinde consequor remissionem.

33 *Decimooctimo* inferitur, quod poenitentia de peccatis imperfecta, qua neque debite circumstantiis, neq; qualitates predictae ornant poterit nuncupari *attritio*, non autem *contritio*, quae secundum Caietanum a est duplex. *Alter* eorum quos poenitet mortaliter peccasse, vellētq; non peccasse: sed non omnino statuunt à peccatis suis abstinere. *Alter* eorum quos poenitet quidem peccasse, & statuunt amplius non peccare, non concipiendo peccatum, vt rem supra omnia detestabilia detestadam, neque reputado ipsum vitandum supra omne vitabile. Quinimo etiam poenitudo illa, à nobis supra definita, qua habent illi qui detestantur peccatum supra omne detestabile, ipsumque vitare proponunt supra omne aliud merito vitandum, est attritio, vt ipse arbitror, quoadusque Deus propter suam misericordiam gratiam suam

Attritio duplex.

a Tom. 1.
Opusculor.
Opus 4. q. 5.
& Op. 3. q. 5.

suam im
dem, app
nem cor
eiusmod
largitur
34 *Prin*
solum
sacrame
cipit ab
dine, qu
propter
aut prop
aeterna
opus (vt
do eo an
faret, nisi
hoc iam

Secunda
dem, vt
sacrame
licite pe
vt illa ita
imò etia
nitens p
3 Ab
ei à nem
dere: sed
animo p
quā amp
fensa De
id suffic
solutione
ille dicit
gratiaru
loca hab
quā quic
habet *Pe*
nitentia. c
amplius n
Dixi con
impietate
Pontifex
to citati
Florent.
runt, ne
proposit
quirunt

suam impartitus fuerit: sed est alterius speciei, secundum eundem, appellaturque contritio infortis. At secundum opinionem communem, quam supra secuti sumus, cuiusque habenti eiusmodi poenitentiam Deus pro sua misericordia statim largitur gratiam, & subinde non inuenitur sine gratia.

34 Prima species predictarum attritionum non sufficit, ut per eam solum remittatur peccatum, imo neque per eam & absolutionem sacramentalem simul, quinimo peccat, qui cum ea petit, aut accipit absolutionem. Id quod etiam est dicendum de illa poenitudine, quam quis concipit ob id solum, aut saltem principaliter propter detrimentum honoris, quietis, aut utilitatis temporalis, aut propter metum infamiae, laborum, aut poenae temporalis, vel aeternae, quamvis talis poenitudo non sit peccatum, neque malum opus (vel quidam dixerunt) imo potius est laudanda: nisi quando eo animo concipitur, quod peccaret, vel a peccato non cessaret, nisi eiusmodi malum, vel metus intercederet: quoniam hoc iam esset nouum peccatum adiungere, b vt supra diximus.

Secunda item species attritionis non sufficit secundum eundem, ut propter illam remittantur peccata, etiam absolutione sacramentali adiuncta: licet sufficiat ad ipsam absolutionem licite petendam, ac recipiendam absque ulla culpa: & ad hoc, ut illa ita sit valida, ut non teneatur reiterare confessionem: imò etiam ad obrinendum effectum sacramenti, quando poenitens predictam poenitudinem fuerit consecutus.

3 Ab hac opinione propter summam eius auctoritatem, & quia ei à nemine contradicitur, hucusque numquam fui ausus discedere: sed nunc sub debita celsura videtur eum quem iure, & ex animo poenitet mortaliter peccasse, & statuit in posterum nunquam amplius peccare, ob id principaliter, quod peccatum est offensum Dei, & credens sine causa ignorantia suum dolorem esse in id sufficientem, confitetur sacerdoti, recipitque sacramentalem absolutionem, non solum satisfacere precepto confessionis, sicut ille dicit, sed etiam consequi gratiam & misericordiam à Patre gratiarum & misericordiarum: quoniam nulla Scripturae sacrae loca habet expressè, necessarium esse concipere peccatum tanquam quid maximè omnium vitabile & detestabile. Solum enim habet Poenitentiam agite, Poenitemini. b Facite fructus dignos poenitentiae. c In quacunque hora conuersus fuerit peccator, iniquitatem suam amplius non recordabor. d Conuertimini ad me. e Scindite corda vestra. f Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati. g Nullum praeterea concilium, neque summus Pontifex, neque quisquam ex tot sacris doctoribus in Decreto citatis, eo modo interpretatus est, quod iamdiu Concilium Florentinum, & denuò Tridentinum, clarius & explicatius dixerunt, nempe, necessarium esse dolere de peccatis cum firmo proposito non peccandi de cetero, & cum spe veniae: neque requirunt huiusmodi reflexiones, comparationesque, difficiles, paucissimas

b Cap. si pro-
perea & c. si
cui de poe-
nit. dist. 11

a Matt. 3. &
Luc 3.
b Marci 1. &
Act. 3.
c Luc. 3. & ea
consideres
parag. fin. de
poenit. dist. 5.
d Ezech. 33.
& esp. pon-
deret 50. d.
e Joel 2. & c.
f Joel 2. &
ca. scindite de
poenit. dist. 1.
g Plat. 53. &
cap. 1. de poe-
nit. dist. 1.
h Sub Eugen
IV. in decre-
to de sacra-
ment
i in sess. 14.
ca. 4.



In c. nullus
Parag.
quod quomo-
do de poen.
dist. 7.

Præcæta
Sess. 14. c. 4.

in Lib. 2. de
mat. & gra.

Sess. 6. c. 8.

Præallegata
Sess. 14. cap. 4.
& Sess. 6. c. 14.
pœnitentiæ in
Baptismo
quæ requir-
tur.

In esp. fir-
missime 14.
q. 1. & in lib.
de fid. ad per.
cap. 30.
d. Cap. omnis
de conf. di. 4.
& in lib. de
poen. medie.
cap. 3.

cissimis cognitæ & paucioribus vñtatas. Quinimo B. Augu-
stinus h̄ constituens differentiam inter conuersum & versum,
dicit *Versum* esse, qui timore pœnæ compulsus abstinere à pec-
cato: *Conuersum* vero, qui solummodo, vel saltem principaliter,
propter Dei amorem à peccato superfedet, & quia ipsum pœ-
nitet offendisse Deū. Et accedit ad hoc, quod pauci (collatione
aliorum) confitentes, ab institutione confessionis in nostra tē-
pora fecerunt, & faciunt hoc, quod ille requirit: & pauciores
confessarij id suaserunt & suadent. Imo nostro iudicio Conc.
Trid. l̄ satis aperte hoc quod dicimus, intelligit. Quocirca re-
creat nos audiuisse fratrem Franciscum à Victoria, virum pro-
fecto pijsimum, clarissimumq; doctorem, qui Hispanias ita
illa sua Theologica eruditione (sacramentali præsertim & mora-
li) præ suis antecessoribus illustrauit, id ipsum asseruisse: quin
etiam quantum intelligo, idem sensit Dominicus Sotus m̄ as-
serens illud quod in sequenti corollario continetur, quod hoc
confirmat. Ex quibus omnibus constat, quàm utilis & secunda
sit homini pœnitenti confessioni.

36 *Decimonono* inferitur, ad illam magnam differentiam, quam
idem magister Sotus ponit inter pœnitentiam peccatorū ad
suscipiendum Baptismum necessariam, & inter eam, quæ ne-
cessaria est ad sacramentum pœnitentiæ: videlicet quod ad su-
scipiendum Baptismum sufficit quæcunque pœnitudo & de-
testatio peccati cum cessatione à peccato, quod sit extra pro-
positum peccandi, & quod non placeat ei peccasse, id quod ait
sentire Conc. Trid. ā quinimo addit, vbi supra, volenti baptifari
sufficere quantulamcunque attritionem, vt Baptismi sacra-
mentum illi possit conferri: quamuis manifestum sit, illam nō
esse contritionem, ad sacramentum tamen pœnitentiæ requi-
ri pœnitentiam de peccatis propter amorem Dei, & eo quod
peccatum est eius offensa, & quod à pœnitente putetur esse
contritio, vel saltem non credatur non esse contritio, aitque
sibi videri Concil. Tridentin. b̄ id sensisse: per quod plurimum
precedens corollarium corroboratur.

Hęc tamen doctrina, licet satis bona videatur, quantū perti-
net ad sacramentū pœnitentiæ, quantū tamen pertinet ad sa-
cramētum Baptismi admodū noua mihi visa est, quatenus ha-
bet, qualemcunq; pœnitentiam, etiam si agnoscat non esse
contritio, adiuncta cessatione à peccatis, satis esse ad Baptismi
sacramētū suscipiendum: quoniam B. Aug. relatus in aliquot
decretis, expresse ait, hominē peccati mortalis reatu implicitū,
nunquā Dei gratiam assecuturum, nisi eum veteris vitæ pœni-
teat. Nam c̄ ait, nullum hominē vitam æternam accepturū, qui
nō fuerit hic à malo per pœnitentiā fidemq; cōuersus, & per
sacramētū fidei, & pœnitentiæ, id est, per baptismū liberatus;
& paulo inferius. *Maiores opus est, inquit, de malis suis pœniten-
tiam agere, & loquitur de pœnitentiā ante Baptismū, & d. Omnis*

quā

qui iam sua vo-
luntate pœni-
tentiā, cū bap-
tismi
ante bap-
tismi
Ambrosius,
his qui post
esse pœnitentiā,
pœnitentiā,
cunq; pœ-
nitentiā
pter Dei am-
orem
uis alium
stationem: a
qualis ante
illa sit, & co-
37 Quapro-
pter illis
nos, siue ap-
peccatorum
quem super
asserere, eis
eos non ob-
peram ager-
videat eos h-
petunt Bap-
tismi ludicra
vitæ leuē
amorem Dei
aliam assign-
suscipiendu-
rentiā nece-
sariā pœnitenti-
mortalium
aliqua in m-
eorum spe-
baptizand-
2. legimus
solutionem
peccatorū
diuiduo ne-
cuiuslibet
38 Viget
fiat cōniti-
dum S. Th-
tanus, d. su-
cōciliari, i-
propter d-
debet De-

qui iam suae voluntatis factus est arbiter, cum accedit ad sacramenta fidelium, nisi enim poeniteat veteris vitae, nouam non poterit inchoare; ab hac poenitentia, cum baptizantur, soli paruuli immanes sunt, & e Agant homines ante baptismum poenitentiam, &c. Id ipsum eisdem penè verbis affirmat Ambrosius, f. Quin & alij omnes in alijs locis asserere solent, his qui post baptismum in peccatum prolapsi sunt, necessariam esse poenitentiam. Diuinus etiam Petrus Apost. g. sic ait: *Agite poenitentiam, & baptizatur unusquisque vestrum*, vbi non videtur de quacunque poenitudine intellexisse, sed de illa, quae concipitur propter Dei amorem, & eo quod peccatum est eius offensum: & quauis alium Conc. Trid. h. dicat sufficere aliquod odium, & detestationem: addit tamen esse necessarium, vt talis sit poenitentia, qualis ante Baptismum exigitur, non tamen explicat qualis illa sit, & consequenter id reliquit antiquae interpretationi.

37 Quapropter equidem sub debita correctione semper confulerem illis, qui infideles adultos aliquos baptizant, siue apud nos, siue apud Indos, vt prius illos inducant ad poenitudinem peccatorum mortiferorum, eo quod illis offenderunt Deum, quem super omnia amare & honorare debuissent. Nec audent asserere, eis licere baptizare illos, quamuis videant, poenitere eos non ob amorè Dei, sed ob alias causas. Quin affirmo, perperam agere illos, qui, vt fama est, baptizant Indos antequam videant eos habere poenitudinē, quae videatur contritio, eo quod petunt Baptismum eo respectu principaliter, quod pileus, vel alia ludicia illis donantur: licet aliquam poenitudinē suae malae vitae leuem & imbecillum conceperint ob aliquas causas, quae amore Dei nequaquam nituntur. Videtur tamen nobis posse aliam assignari differentiam, inter poenitentiam ad Baptismum suscipiendum necessariam, & illam, quae ad sacramentum poenitentiae necessario requiritur: videlicet, quod ad Baptismum sufficit poenitentia, seu poenitudo generalis omnium peccatorum mortalium, totiusque vitae male tractatae, adducendo ad summam aliqua in memoria, non descendendo particulariter ad omnes eorum species, qua praxi videtur vsus fuisse diuinus Petrus in baptizando eos, quos primos in festo sancto Pentecostes Act. 2. legimus baptizasse: ad recipiendum vero sacramentalem absolutionem vltra hoc, etiam opus est recolere omnes species peccatorum, & de illis omnibus speciatim poenitere: licet in indiuiduo non teneatur sigillatim, siue particulatim de singulis cuiuslibet speciei poenitere, dolereque, vt supra dictum est.

38 Vigesimo inferitur quod quamuis virtute sacramenti attritus fiat contritus, ipsa tamen attritio non efficitur contritio, secundum S. Th. h. licet iuxta Scotum, e quem ex parte sequitur Caietanus, d. superueniente Dei gratia fiat contritio. Possunt tamen conciliari, intelligendo S. Th. de attritione, quae non est contritio propter defectum intrinsecum ex parte subiecti, & scopi, qui esse debet Deus ipse, vel amor eiusdem; quia videlicet ille dolor non

^e In cap. seq. ibi & in epis. 103.

^f In cap. 1. & 2. de poen. di. 3. Act. 2.

^h Praecepta sess. 6. ca. 6. & cap. 14.

* Inter poenitentiam ante Baptismum & post illum discernimus.

^a Num. 23.

^b In 4. sent. dist. 17. qu. 2. art. 2.

^c In eod. 4. q. 2. art. 1.

^d Tom. 2. Opusculor. Opusc. 4. q. 23.

E 4 concii-

concepitur solum, nec principaliter propter amorē Dei, vel eo quod peccatum est eius offensa, vel iniuria, sed solū, vel tantū, aut principaliter propter damnū quod ipsi ex eo cōrigit, vel timet sibi hac in vita, vel in futura euenturū : huiusmodi enim attritio nunquā efficitur cōtritio, licet ad eam ducat: Scotum vero, eiusque sequaces, qui contrariū opinātur, de illa pœnitidine, quæ est attritio, & non contritio, non ob defectum istum intrinsicum ex parte obiecti, sed ob aliam causam extrinsecam, qualis est defectus gratiæ, vel propositi de abstinendo.

Vigesimo primo inferitur, non esse nimis firmū illud Ioan. Maioris a videlicet neminem esse adeo imprudentem, qui tempore, quo peccata sua confessario confiteretur, non illa detestetur formaliter, aut virtualiter. Non esse, inquam, nimis firmū, quia inde sequeretur, quemlibet confidentem habere iustam contritionem, quod est contra duo præcedentia corollaria, & dicta in principio huius capituli. Scotus autem b nō ita laxè loquitur circa hoc ac quidam aiunt, imo secundum eum nulla pœnitudo momentanea sufficit ad remissionem peccati, quāuis iuxta communem quam secuti sumus supra, sufficiat.

39 Vigesimo secundo inferitur, quod causa contritionis ex parte Dei est eius gratia, & misericordia; ex parte verò nostra sunt sex quæ secundum Raymundum, relatum à S. Antonino, cōdisponunt ad gratiam obtinendam. *Memoria* scilicet peccati, *Pudor* ex peccato proueniens. *Vilitas* eius. *Timor* iudicij diuini, *Meditari* quod per illud cœlestem gloriam amittimus, nostrūque creatorem offendimus, *Spes* veniam consequendi, & gratiam amissam recuperandi, perueniendique ad felicitatem æternam. Conducit etiam maxime ad hoc considerare, d quod qui mortaliter delinquit, in effectu Deum à se projicit, sicque illum tractat, ac si non esset vltimus finis, & subinde ac si non esset summus Deus, reputareque secum, & ruminare, quidnam faceret, vt a rege veniā impetraret, si eum negasset esse suum Regem, & quod si semel Rex illi veniam concederet, quantū sibi caueret in posterum ne iterum in eandem rebellionem prolaberetur, certo sciens à Regis voluntate & nutu pendere vitam suam, sicuti nostra pendet à Deo.

40 Vigesimo tertio inferitur, quod effectus contritionis est non solum delere peccatum quantum ad totā culpam, vt ex supradictis e cōstat, s verū etiam extenditur ad remittendam aliquam pœnæ temporalis portionem, in quam aeterna cōmutatur, secundum S. Thomam, g non tamen abolet, vt plurimū, totam pœnam, quod nos in extrauagante *vnigenitus* habunde satis superque collegimus, vbi de culpa & pœna disputauimus.

Dixi, *Vt plurimum*: quia nonnunquam tanta est contritio, vt deleat omnem culpam, & remittat omnem pœnam; nunquā tamen ob id tollitur obligatio confitendi peccatum, secundum omnium sententiam.

a In præfat. 4. lib. sent. dist. 17. qu. 3.

b In dist. 4. li. sent. di. 14. q. 3. art. 2.

c In 3. part. tit. 14. c. 18. par. 5. d Vt in c. fratres, de pœn. dist. nu. 96. dist. 1. mus. e Nu. 24. & nu. 51.

f Per e. dixi & cap. magna de pœn. dist. 1. g In 3. par. q. 26. art. 4. & in 4. sen. dist. 17. q. 3. ar. 1. h De pœnit. & remiss. in tractat. de indulgentijs super par. in Leuitico de pœnit. dist. 1. notab. 12.

i Intra glos. e. menti uam de pœn. di. 1. & gloss. in ca. Deus qui. de pœn. & remiss. & glo. extrauag. 1. de pœn. & remiss. & tradit. S. Th. in 3. li. sent. dist. 19. art. 3. q. 2. & in 4. dist. 1. q. 2. ar. 2. q. 3. & dist. 17. q. 1. art. 1. q. 4.

41 Vigesimo Trid. Conc. d pœnitentiam trandam culpam nem non efficitur teriam subtrahit malū examini moriā cum i quamuis ad p re item, non in se cessatio tionem, sed confitendi te fericordiam tuale, quā d pœnitentis i contritionem tia ad culpa 42 Vigesimo xisse nos sup non esse con opponit mu demus. Prim multas esse qualis est po li vitadi futu fecutum fui sacramen un nitens esse c Secūdo, que sufficere ad contritio: in que putatur re absolutio Tho. cōmuni cati attritio Tertio, que sententiā G remitti cui p cedentem, s cuti S. Tho in Summa ni, a vrgent nem; nihil fatemur q facit eos co quorū de n

41 Vige-

41 Vigesimo quarto inferitur, quod sanctissime à sacro sancto Trid. Conc. definitum est *hæresim esse dicere, pœnitentiam, siue pœnitentiam, non fuisse quouis tempore necessariã ad impetrandam culpæ mortalis condonationem. Dicere item cõtritionem non esse vnam ex tribus partibus, quas sibi tanquam materiam substituit pœnitentiæ sacramentum. Dicere item esse malũ examinare conscientiam ad faciendum peccatorũ memoriã cum ipsorum detestatione, & emendationis proposito, quamuis ad gradum integræ contritionis non perueniat. Dicere item, non esse de fide, contritionem non solum includere in se cessationem à peccato, & vitæ nouę propositũ & inchoationem, sed veteris etiam odium continere, & propositũ illud confitendi tempore debito, cum spe obtinendi veniam & misericordiam; licet, vt supra diximus, a sufficiat propositum virtuale, quando defectus temporis, vel inculcata inconsideratio pœnitentis fuit in causa, vt non habeatur formale. Dicere itẽ, contritionem iustam non esse necessariam nunc in lege gratiæ ad culpæ mortalis post Baptismum admissæ deletionem.*

42 Vigesimo quinto inferitur, quod cuidam erudito visum est, dixisse nos supra *b* attritionem cognitã, id est, quæ cognoscitur non esse contritio, non sufficere ad absolutionem. Cõtra quod opponit multa, quæ alias hic scripsimus. cui nũc breuius respondemus. *Primo*, nos icũ nũ dixisse ibi: licet ex eo tacite colligatur multas esse attritiones, quæ non sufficiũt ad iustã absolutionem. qualis est pœnitudo præteriti, sine proposito actuali, vel virtuali vitæ futura, vel restituendi male parati. Fateor tamen me fecutum fuisse Sotum, quatenus ait, *d* quod ad suscipiendum sacramentum pœnitentię requiritur attritio, quam putet pœnitens esse contritionem, vel non putet non esse cõtritionem.

Secũdo, quod licet ex præfato Soti dicto videatur inferri, non sufficere ad absolutionem attritionem illã, quæ cognoscitur nõ esse contritio: intelligẽdũ tamen est illud necessario de attritione, quæ putatur nõ esse cõtritio, nec futura talis, etiã munita calore absolutionis sacramentalis; cũ Sotus sequatur opinionem S. Tho. cõmuniter receptam, aientis, sufficere ad deletionem peccati attritionem illam, quæ accedente sacramento fit cõtritio.

Tertio, quod eius tria priora argumenta vigent quide contra sententiã Gratiani, e quæ habet, per sacramentũ pœnitentiæ nõ remitti culpam, quia remittitur per contritionem præcedentem, à qua quidem sententiã nos semper discessimus, sicuti S. Tho. cõmuniter receptum, *f* vt est videre supra, *g* & in Summa de pœnit. *b* & lauis & neruosius in cap. *conuertimini*, *a* vigent, inquam eius argumenta contra præfatam opinionem; nihil tamẽ faciunt contra Sotum neque contra nos, qui fatemur quã plurimos confiteri cũ attritione, quæ sola non facit eos contritos, sed accessione sacramenti fiunt contriti, quorũ de numero maiorem partem plebis esse putauimus. *b*

k. scilicet. 14. q. 2. & 4.

2 nu. 11. & 12

6 nu. 22.

c Per c. pœnitentiale pœnit. dist. 2. & c. falsas de pœnit. d. 5. cum multis, quæ ibi adducimus. d In li. 1. de nat. & grat. e In esp. conuertimini. ver. leprosi & c. canis, de po. dist. 1. & Ioh. Maioris, & soti quos ipse sequitur in 4. l. sent. dist. 14. par. 2. f In eod. 4. l. sent. dist. 17. q. 2. art. 1. g hoc. esp. nu. 36. h dist. 1. nu. 3. & 5. a Num. 5. ead. dist.

b In d. esp. conuertimini nu. 5.



43 Quarto, quod differentia inter sacramentum pœnitentiæ, & Eucharistię quoad hoc propositum, non consistit in hoc, quod illud (vt ipse ait) solis infirmis, & mortuis datur, hoc autē solis sanis; sed quod illud per se ordinatur ad sanandum, & per accidens ad sanitatem conseruandam & augendam, & contra hoc principaliter ad sanitatem conseruandam & augendam, & per accidens ad sanandum. Siquidem sacramentum pœnitentię iustē datur, secundum omnes, eis, qui sola peccata venialia, vel sola mortalia iam pridem confessa, & remissa confitentur, qui creduntur esse sani, cum neque venialia, neque mortalia iam confessa & condonata repugnent charitati, vt tradit S. Thomas, & frequētissima praxis selectorum presbyterorum, preferim Monachorum, habet confiteri quoties celebrant, quos tamen certum est non semper confiteri mortalia noua, sed venialia, vel mortalia antiqua iam confessa.

1 in 4. li. sen.
dist. 22. qu. 2.
art. 3. q. 2.
ad 2.

2 Distin. 1.
lib. 4. sent.
7 Sess. 7. de
sacramētis in
genere cano.
c. 9. & 2.

3 In 3. part. q.
29. art. 3.

4 In esp. de
homine de
celebr. miss.
h Sess. 13. can.
31.

5 Prefationem
n. 34. & 35.

44. Cuius rei ratio est, quia omnia sacramenta nouę legis conferunt gratiam, vt post receptam sententiā d. definitur à Conc. Tridentino; e ita sacramentū pœnitentię frequēter auget charitatem, & non sanat; & contra sacramentum Eucharistię frequenter per accidens sanat, eum scilicet aliquis credens probabiliter se esse in statu gratiæ, in qua tamen non est, sumit illud, vt docet D. Thomas communiter receptus. f

Quinto negamus ex prædicto Soti dicto sequi, quod tanta dispositio requiratur ad suscipiendum sacramentum pœnitentię, quanta requiritur ad sacramentum Eucharistię. Tum quia ad sacramentum Eucharistię non solum requiritur contritio, sed etiam confessio secundum glossam receptam, & approbatam à Concilio Tridentino. h Tum quia ad Eucharistiā oportet putare se esse in statu gratię, ad absolutionem autem sufficit putare, se ita esse attritum, quod mediante illa fiet contritus.

45. Sexto, negamus sufficere ad absolutionē sacramentalē attritionē, siue pœnitudinē, qua peccator cessat à peccato propter solam pœnam inferni, quatenus pœna est, si nullus actualis vel virtualis Dei amor, vel odium peccati, quatenus est ipsius offensa, eum comitetur, per dicta supra. a

De confessione sacramentali, secunda parte sacramenti Pœnitentię.

CAPVT II.

- 1 Confessio sacramentalis quid.
- 2 Confessio non fuit inducta iure nature.
- 3 Sed diuino Iesu Christi Domini nostri.
- 4 Confessio facta laico non est sacramentalis.
- 5 Confessio sacramentalis exigit multa, & nu. 6. 7. 8.
- 6 In quibus multi errant.
- 7 Confessio, quo tempore facienda, lege diuinā.
- 8 Quo humanā, & quo extra illa, & nu. 10.

11 Confessio sac
11 De omni m
1 S Ecunda p
S mentalis
quod voce, &
recentiorum
possumus de
tio secreta de
taliter absoluat

Dixi, Accus
flare omnis d
cusationum, &
iudicium, qua
pter alios sine

Dixi, Secret
camque conf
vel alias sapi
vt fiat public
dientibus fac

Dixi, De suis
virtutibus, qu

Dixi, Coram

niam illa non

Dixi, Propri
tiæ supra illu

proprio sacer
facta ab illo,

proprius, non

Dixi, vt ab il
nem, non est

tiæ in absol
2 Ex qua de

ni nostri Iesu
multas huius

fit mentio, n

Infertur se

fuisse iure na
ris nostri om

iuxta sentent
Tridentinum

uentum ince
sacramenti pœ

3 Infertur
uenta, neq; i
que à Iacobo

immediate à
nim ex præfa